

Universitätsbibliothek Paderborn

Historiae Ecclesiasticae Pars ...

HISTORIAE EC||CLESIASTICAE PARS || PRIMA, QVA CONTI-||NENTVR ||
Eusebij cognomento Pamphili Cæsareæ Palæ-||stinæ Episcopi lib. 10.||
Eiusdem de vita Constantini magni lib. 4.|| Oratio Constantini magni ad
sanctoru[m] cœtu[m].|| Oratio eiusdem Eusebij in laudem Constanti-||ni
magni ad trigesimum ...

Christopherson, John

[Köln], 1569

De Origenis animi magnitudine, qua seipsum castrauit. Cap. VII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29861

EVSEBII HISTORIAE

De Origenis animi magnitudine, qua seipsum castrauit.

C A P. VII.

PEr idem tempus Origenes, dum scholæ Alexandrinæ, quam diximus, præerat, facinus quoddam admisit: quod quidem licet ex animo rudi, & iuuenili videretur esse profectum, fidei tamen & castimonie specimen maximum dabat. Istam enim Euangelii sententiam (sunt eunuchi qui se ipsos propter regnum cœlorum castrauerunt) aliquanto ut fert ætas adolescentiæ, simplicius interpretatus, partim quod Seruatoris vocem se penitus implere oportere putauit: partim quod cum ætate valde adolescens esset, & non cum viris modo, sed cum mulieribus etiam sermones de rebus diuinis & cœlestibus conferret, omnem turpis calumniæ & obtrectationis ansam infidelibus prorsus adimere voluit, dictam Seruatoris sententiam ex occulto (facinus nanque maximam partem necessariorum suorum celare cogitat) exequi re ipsa aggressus est. Ceterum tale facinus ab eo, quantumuis cupiente occultari non poterat. Quocirca Demetrius, qui ibidem rexit ecclesiam, de eo post certior factus, tametsi hoc audax eius facinus vehementer admiratus est, tamen incredibilem animi propensionem & ingenuitatem fidei amplexatus, eum illico confidere ac bono animo esse iubet: & maiore cura ac studio in munus, fidei principia instituendi incumbere hortatur impellitque. Ac tum quidem Demetrius, eo animo fuit & sententia. verum non longo temporis spatio post, idemcum Oregenem prospere & feliciter rem gerentem & magno splendore, famaque celebritate apud omnes prædicatum animaduerteret, ardore quodam annulacionis (ut est captus hominū) incensus, apud episcopos totius orbis eum, tanquam absurdissimi facinoris reum, per literas notare tentabat. Et quoniam Cheostistus Cæsaræ episcopus, & Alexander Hyerosolymorum, spectati in primis & præstantes præ ceteris palestinæ episcopis, amplissima dignitate, & summo honoris gradu, Origenem dignum arbitrati, manus illi, ut præsbyterio fingeatur, imposuerant, idcirco Demetrius, simulatq; Origenes ad tam magnam gloriæ claritatem processerat, atque adeo

Matth. 19

adeo apud omnes homines vbiique gentium, non obscurum virtutis & sapientiae nomen decusque obtinuerat, cum nulla alia criminatio contra Oreginem ipsi suppteret, facti illius, quod' incunte etate conscientiisset, calumniam, tanquam grauem ignominiae notam ei obiectauit: eosque simul, qui illum præsbyterum creauissent, criminibus inuoluere conatus est. Ista quidem gesta sunt paulo post tempora, quæ modo persequimur. Origenes autem iam tum Alexandriæ illud docendi munus in omnes, qui aduentabant, nulla habita personarum ratione, nomine dieq; sedulo est executus: & partim diuinis sacri eloquii studiis, partim illis, qui ea de read ipsum discendi gratia accedebant, attentissime omne otium suum impertit.

De miraculis Narcissi. CAPVT. VIII.

Vbi Seuerus imperium ad annos decem & octo administrauerat, Antoninus eius filius, ad eum honorem euehitur. Eodem tempore unus ex corum numero, qui in ea turbulentia persequutionis tempestate se fortes & invictos praesertim, & post certamina profidei confessione susceptra, essent integri & incolumes diuina prouidentia seruati, nomine Alexander (quem modo episcopum ecclesie Hierosolomitanæ fuisse monstrauimus) propterea quod confessione fidei Christianæ temporibus persecutionis nobilitatus erat, episcopatu, quem dixi, cum adhuc Narcissus, qui eum in eo officio anteibat, superstes esset, dignatus fuit. Præter multas alias admirabiles res gestas, quas, qui ex ea ecclesia sunt, ex sermone ac traditione fratrum gradatim & ordine succendentium de Narcisco narrant, hoc præterea miraculum ab eo editum referunt. In magna & solemni paschatis vigilia, oleum diaconis & ministris ecclesiæ defuisse perhibent. Vnde cum vniuersam multitudinem grauis quedam ægritudo & demissio animi occuparet, Narcissum ferunt his, qui luminaria apparabant, præcepisse, ut aquam ex puto quodam, qui erat in proximo, haurirent, & ad ipsum adferrent. Quo absq; mora peracto, eū super aqua oranisse: mandasseq; ut cum vera & constanti